



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCXCVI. De Vastatione terrae Sambiensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Sigfridus de Feuchtwangen XII. Mag. Gener. Ord. Teut.  
Henricus à Plozke XVII. & ult. Mag. Provinc. in Prussia*

exercitu suo adveniret, ipse enim vell et tradere Castrum prædictum. Quo percepto, idem Commendator cum omnibus sibi subjectis venit, & illo secretè portas Castri aperiente, fratres cum suis intraverunt, & occisis & captis omnibus ipsum cum suburbio igne apposito funditus destruxerunt, & dictus Spudo cum patre & fratribus suis totaque familia baptismi gratiam est adeptus.

## CAP. CCXCV.

*De*

### *Combustione Castrorum Schroneyte & Bujervvarte.*

Odem anno in autumno Carsovvitæ videntes, quod amplius fratribus resistere non possent, relicts duobus suis Castris, scilicet (a) Schroneyten & Bujervvarte, recesserunt, quæ duo Castra fratres postea combusserunt, & sic hæc tria castra usque in præsentem diem remanent desolata.

#### ANIMADVERSIO.

(a) Stroveita & Bivernita, Kojalovvitz, Seroveita Bivvervvnita Striykovvski.

## CAP. CCXCVI.

*De*

### *Vastatione terræ Sambiensis.*

Anno Domini MCCCVIII. in die B. Gregorii Mansto & Sudargus & alii Nobiles de Sametia cum V. millibus equitum circa Castrum novum in Neria Curonensi intraverunt terram Sam-

Anno Domini MCCCVIII. in die B. B. Philippi & Jacobi Albertus Rex Romanorum à Joanne Duce dicto Anlant Nepote suo occiditur, quia partem Ducatus Austriae abfudit ei, licet esset verus heres.

Eodem anno in die B. Katharinae

Zz 3 Prin-

*Sigfridus de Feuchtwangen XII. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Henricus de Plozke XVII. & ult. Mag. Prov. in Prussia.*

Sambiæ & territoria Povvindiaæ  
& Rudovviaæ incendio vastaverunt. Sed cum perciperent quod  
fratres cum maximo Exercitu  
eos diu expectassent in noctis medio recesserunt.

Principes Alemanniaæ Eletores  
Henricum Comitem de Luzenburg  
in Regem Romanorum concorditer  
elegerunt.

## C A P. C C X C V I I

*De**Fratre Sifrido Magistro Generaliter  
ra Prussiae.*

**A**nno Domini MCCCIX. frater Sifridus de Wucgvangen Mag. Generalis XII. & terræ Pruschiæ Magister XVII. venit ad terram Prussiæ & domum principalem, quæ à tempore (a) destructionis civitatis Achonensis fuerat apud (b) Grani corona- tur. Venetias transtulit ad Castrum (c) Mergenburg in Prussiam,

## A N I M A D V E R S I O N E S.

(a) Alii dicunt jam Hermannum à Saltza Venetias sedem suam translisse ex urbe Acconenſi multo tempore ante destructionem Acconæ. In ea sententia est Autor Chronicus Prussici Latino sermone scripti, quod in Curia Palæopolitana Regiomonti asservatur; cui sententia nos etiam adſtipulamus. Mariæburgum autem ſibi Magister elegit, arcem elegantissimam & firmissimam. In eadem Arce ſub templo Divæ Virginis à Dieterico C. de Aldenburg dicto in caverna S. Annæ ſepulti ſunt Dietericus C. de Aldenburg: Henricus Dufnerus ab Arffberg: Winricus à Kniprode: Conradus Zolnerus à Rotenstein: Conradus Tiberius à Wallenrod: Conradus à Jungingen: Henricus Reus à Plauen I. Michael Kichmeister à Sternberg: Paulus Bellicerus à Rustdorf: Conradus ab Erlinghaufen *Vid. Henneb. ad tab. Pruss. pag. 286. seqq.* Cum verò Prussi Regi Poloniæ Casimiro anno 1455. ſeſe ſubjeciſtent;